

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Fridarici, Nummer 4

Noscant qualiter quidam nobilis vir n(omine) Engilram in manus Fridarici archiepiscopi et advocati sui Pernhardi in loco, qui dicitur Erratesdorf, hobas V quaesitis et inquaesitis cultis et incultis cum omni lege ad aecclesiam sancti Petri sanctique Ruodberti cum consensu clericorum ac laicorum Fridaricvs archiepiscopus cum manu advocati sui Pernhardi eidem prefato nobili viro ad Municheim hobas V quaesitis et inquaesitis cultis et incultis et omni lege in proprietatem perpetuo tenendas tradidit.

Isti Aripo comes, Engilpreht, Noppo, Woluolt, Erchanger, Diomo, Hartman.